



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

De mundis & immundis animalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)

Hactenus B. Hieronymus, cuius integras periodos ad-  
duximus in medium, tum ne quid mutuum esset, cum ut  
intelligat Lector, qui Veterum de Virginitate hodie tanto-  
perè controuersa scripserint; quocirca magnopere optarim  
existare hunc Auctoris libellum, siue prosa conscriptum, si-  
ue potius, quod per verbum, lusit, indicari videtur, carmi-  
ne. Quo fit magis, ut mihi non probetur cuiusdam viri e-  
ruditi censura, qui existimabat hunc eodem esse librum,  
cum illo qui inscribitur infra Tom. 5. Exhortatio ad ca-  
stitatem. Præterquam enim quod illi adolescens scri-  
pisse dicitur, & hunc sub finem vitæ scriptum constat;  
etiam ex proposito minime tractat de molestis nuptia-  
rum. Neque verò etiam illorum placet sententia, qui duos  
diuersos libros Tertulliani dictis locis videri volunt, quum  
vtrunquē disertis verbis B. Hieron. inscriptum significet,

De molestis nuptiarum. Et qui an B. Hieronymus  
adscribat Tertulliano etiam alios (quorum meminisse) de  
Virginitate libellos, poterat præsumi dubitari iuxta  
prios illius aditiones, si legeretur: legas Tertulliani Ad  
amicum Philosophum, & de Virginitate alios Li-  
bellos. Certe eiusdem penè sunt argumenti ad Vxorem  
libri duo, ac dicta Exhortatio ad castitatem, & non  
aliud tractat liber de Velandis virginibus; alios in super  
de Virginitate, Continentia, & Castitate seruanda lo-  
cos complures apud Tertullianum, ex Indice nostro inue-  
niet Lector, & similiter in indice B. Cyrilli. Cuius præ-  
librum De habitu & disciplina Virginitum à B. Hieron.  
citatum existat etiam Epist. 62. ad Pomponium de Virgi-  
nibus. Quibus omnibus in libro videat Lector & Adno-  
tationes nostras.

**Q. SEPTIMII FLOREN-  
TIS TERTVLLIANI DE FATO LIBRI, MEN-  
TIO ET FRAGMENTVM EX EIVSDEM LIB.  
de Anima cap. 20. & Fulgentio Placiade  
de vocibus antiquis.**

**F**OTESTATES enim verò præfunt. Secundum nos quidem, Dominus Deus, &  
Diabolus æmulus; secundum communem autem opinionem & providentia, &  
FATVM, & necessitas, & fortuna, & arbitrij libertas. Nam hæc & Philosophi di-  
stinguunt, & nos secundum fidem differenda, suo iam nouimus titulo.

Hactenus Auctor, cuius quum nullum exister opus,  
vbi de quatuor illis tractet, mihi proorsus videtur adinde-  
re ad librum suo titulo DE FATO, vixit quem ab eo  
conscripsit pateat ex citatione Fulgentij Placidis, iam  
olim excusit cum Hygini Mythologus per verba sequentia.  
Nam & Tertullianus in lib. quem de Fato scripsit, ita ait:  
Redde huic fati primum problematis mancipia-  
tum, in dict. Problema, lib. de vocibus antiquis. De fato,  
præterea sub nomine Minutij Felicis olim existisse Libel-

lum tradit B. Hieron. Catal. script. Eccles. sue: Contra Ma-  
themasios, qui tamen quum & ipse disert. sit hominis,  
non videtur cum stylo Octauij Dialogi eius conuenire. For-  
tasus is ipse liber est, quem Tertullianus sic adscribitur,  
vixit quem non modo disertum, sed eloquentiss. alicubi  
nuncupat. Alios qui aduersus Fatum scripserunt Au-  
ctores, supracitatos habes Tom. 1. Apolog. cap. 1. num. 17.  
& lib. de Anima cap. 39. num. 449.

**Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBY-  
TER, OPERVM FRAGMENTA EXEGETICA.**

**Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI,  
DE MVNDIS ET IMMUNDIS ANIMALIBVS  
Questionum citatio, ex B. Hieronymi Epist.  
125. ad Damasum.**

**V**ERIT Damasus inter ceteras quæstiones Quæst. 3. Si omnia Deus fecit bona  
valde, quare Noë DE MVNDIS ET IMMUNDIS ANIMALIBVS præcepit, Gen. 1.  
quum immundum nihil bonum esse possit. Et in nouo Testamēto post visionem Gen. 8.  
quæ Petro fuerat ostensa, dicenti: Absit Domine à me, quoniam commune & Act. 10.  
immundum numquam introiuit in os meum; vox de cælo respondit: Quod Deus munda-  
uit, tu ne commune dixeris. Respondere B. Hieron. se scribit, duabus tantum quæstioncu-  
AAA

no8 Tert.lib. de Circ.& Vestib. Aaron, mentio.

lis prætermisissis (nempe hac & ea, de qua in sequenti Fragmēto) Non (inquit) quo non potuerim & ad illas aliquot respondere, sed quod ab eloquentissimis viris, Tertulliano nostro, & Nouatiano, Latino sermone sint editæ; & si noua uoluerimus adferre, sit latius disputandum, &c. Nam & Origenes de mundis & immundis animalibus in Leuitico plura differuit.

An istud referatur ad peculiarem aliquem librum eius tituli, quod magis tamen probatur, an uero ad tractatum ea de re per aliquot lineas Tertulliani l. 2. adu. Marc. cap. 18. Lectori liberum relinquimus iudicium. Hic dumtaxat adferemus ipsam responsionis summam in hac uerba: Et si Lex aliquid cibis detrahit, & immunda pronuntiat animalia, quæ aliquando benedicta sunt;

consilium exercendæ continentie intellige, & frenos impositos, &c. Quod ipsum quum adferatur, sed longe alius uerbis libro de Cibis Iudaicis infra Tom. 5. uel inde constat, sicuti & ex reliquo totius libri stylo, non esse Tertulliani, sed potius Nouatiani, ut ipse ad quem iam dictis uerbis adludere uidetur B. Hieronymus. Vbi de hac materia latius.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE CIRCUMCISIONE QUESTIONVM CITATIO, EX EODEM B. Hieronym. loco.

**Q**uestionem Damasi penultimam: Cur Abraham fidei suæ signum in Circumcisione suscepit, respondet B. Hieron. uerbis iam citatis altera præcedenti se illam prætermittere, quod à Tertulliano nostro & Nouatiano Latino sermone sint editæ. Addens etiam Origenem in 4. ad Rom. *ἐπισημαίνον τὸ σῆμα τῆς ΚΥΚΚΥΜΚΙΣΤΟΝΕ* magnificè disputasse.

An peculiariter scripserit Tertullianus LIBRVM DE CIRCUMCISIONE, non tam constat atque de Nouatiano, cui nominatim liber de Circumcisione inscribitur à B. Hier. Catal. *Ἐπισημαίνον τὸ σῆμα τῆς ΚΥΚΚΥΜΚΙΣΤΟΝΕ* uel etiam latinissimum tractatum uidere est apud Auctorem Typ. I. l. adu. Iud. c. 3. et ibid. Adn. nostru n. 9. ex B. Cyr. l. 1. adu. Iud. c. 8. Exstat quædam T. 4. nunc Operum B. Hier. L. I. BER DE VERA CIRCUMCISIONE, quem

Erasmus coniecit esse Tertulliani; sed præterquam quod stylus non correspondeat, contrarium conuenitur tum ex scripturis ibidem citatis iuxta uersionem B. Hier. tum quod Manichæorum mentionem faciat, quo fit ut neque Nouatiano adscribi possit, sed potius (quod uir quidam eruditiss. censuit) Paulino adscribendus sit. Videatur uero etiam Tom. 3. Operum B. Cyr. Tractatus De ratione Circumcisionis.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE VESTIBVS AARON LIBRI MENTIO, EX B. HIERON. EPIST. 128. AD FABIO- lam de Veste sacerdotali.

**Q**UERTVR in Indice SEPTIMII TERTULLIANI LIBER DE VESTIBVS AARON, qui interim usque ad hanc diem à me non est repertus. Si à uobis propter celebritatē Urbis fuerit inuentus; quæso, ne meâ stultam illius flumini cōparetis. Non enim magnorū uirorū ingeniis, sed meis sum uiribus æstimandus.

Vestes Aaronis octo ex cap. 28. Exod. recitantur, & explicantur latissimè à B. Hieron. dicta Epist. de Veste sacerdotali; quarum quatuor feminalia nempe, linea tunica, baltheus, & cidaris, etiam sacerdotibus erant communes;

reliquæ uero propria Pontificum; ut potè, Tunica talariæ, Hircinithina cum tintinnabulis, Superhumeralia sive Ephod, Rationale, & Lamina aurea. Quod ad cetera Latine remittimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI, CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERVM FRAGMENTA ADVERSVS Hæresis.

Q. SEPT.

TERTULLIAN  
Con. Annotatiōib. 18  
PAMELII  
A. V.  
36.